

tiat sententia nostra, et in futuro pro bene gestis consequamur premia sempiterna. Amen.

II.—POST ACTIONEM.

Agimus Tibi gratias, omnipotens Deus, pro universis beneficiis tuis. Qui vivis etc.—

Sub tuum præsidium confugimus, sancta Dei Genitrix; nostras deprecationes ne despicias in necessitatibus nostris, sed a periculis cunctis libera non semper, Virgo gloriosa et benedicta. Domina nostra, Mediatrix nostra, Advocata nostra, tuo Filio nos reconcilia, tuo Filio nos commenda, tuo Filio nos repræsentata.

V. Ora pro nobis, sancta Dei Genitrix.

R. Ut digni efficiamur promissionibus Christi.

Oremus. Gratiam tuam, quæsumus, Domine, mentibus nostris infundi, ut qui angelo nuntiante Christi Filii tui incarnationem cognovimus, per passionem ejus et crucem ad resurrectionis gloriam perducamur. Per eundem Christum Dominum nostrum qui tecum vivit et regnat in sæcula sæculorum. Amen.

